



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Antiquae Lectionis Tomus ...**

In Qvo XVI. Antiqua Monumenta Ad Historiam Mediae Aetatis Illustrandam,  
Nunquam Edita

**Canisius, Heinrich**

**Ingolstadii, 1601**

Reverendissimo Domino. Dn. Qvirino Leonino, SS. Theologiae Doctori,  
Protonotario Apostolico, Cathedralis Ecclesiae Ratisponensis Praeposito,  
Archidiacono, & Vicario. & Serenissimis Bauariae Ducibus à ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-64144](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-64144)



REVERENDISSI-  
MO DOMINO, DN. QVI-  
RINO LEONINO, SS. THEOLO-  
GIÆ DOCTORI, PROTONOTARIO APO-  
STOLICO, CATHEDRALIS ECCLESIAE RATISPO-  
NENSIS PRÆPOSITO, Archidiacono, & Vicario, & Sere-  
nissimis Bauariæ Ducibus à Consilijs, &c.  
Domino & cognato suo obser-  
uandissimo.



*CITE dicitur, Reuerendissime Do-  
mine, annos quotidie naufragium  
pati; ubi dies diem in obitum rapit:  
quo decursu, quid non simul inuol-  
uitur, & interit? At verò, si quid è prisco auro,  
iniuriâ vetustatis victâ, saluum superest, id mi-  
rè oblectat & afficit animum, adeò, ut cõmiser-  
atione quadã insitâ gratuletur iis rebus, quæ tam-  
diu legem ineluctabilem pereundi protulerunt.  
Hinc & profectam videmus voluptatem illam,  
quæ φιλαρχαίοι & admiratores antiquitatum, mi-*

) ( 2 rificè

DE CANO  
SII  
um, 1724  
SIV  
24

## EPISTOLA

vificè perfunduntur, & p̄tinaciter obherent, ita  
 ut inuenti fuerint, qui mille drachmas p̄ lucerna  
 Epicteti, & talentū p̄ baculo Protei Stoici dare  
 cōtenderint. Mibi quidē omnia huiusmodi, quā-  
 tumuis pretiosa antiquitatis, sordēt p̄æmonu-  
 mētis ingeniorū, illisq; libris, qui iniquitate tem-  
 porū, an incuria hominū dicam, sepulti iacebāt,  
 è latebris tandē eruuntur & in publicū prodeūt.  
 Vnde gratia, q̄ habēda sunt ipsis auctōribus, qui  
 rerum memoriā scriptis suis consignarunt, eadē  
 meritō debētur ijs, qui eiusmodi libros, altis tē-  
 nebris immersos, in lucem vindicant & restitu-  
 unt. Inter quos eminent hodie Marcus Velserus  
 II. vir Augustanus, recondita eruditionis laude  
 notissimus, eiusq; germanus Antonius Velserus,  
 vir sine ambitione doctissimus; & quem honoris  
 causā nomino, Georgius Lautherius, Præpositus  
 ad D. Virginem Monachij, in omni disciplina-  
 rum genere versatissimus. Adde Jacobum Gret-  
 serum Societatis IESV Theologū, virum magna  
 eruditionis & memoria. Horū enim beneficio &  
 humanitate manu scriptos Codices è varijs bi-  
 bliothecis nacti hos auctōres in publicū proferi-  
 mus, nunq̄ antehac editos, vel certē iam auctio-

DEDICATORIA.

res. Caterùm Reuerendissime Domine, cùm sci-  
 am te delectari veterum auctorum monumen-  
 tis, ita tamen ut recentiorum lectionem non reij-  
 cias, imitatus exemplum Læpridij Oratoris Bur-  
 degalensis, qui, ut testatur Sidonius Apollinaris,  
 legebat auctores cum reuerentia antiquos, sine in-  
 uidia recentes; volui tibi potissimùm dedicare hos  
 antiquos auctores, dignos luce, quâ tamdiu im-  
 meritò caruerūt. Vrgent, ut facerem, tua in me  
 merita; postulat quodammodo & hac Academia  
 Ingolstadiensis, in qua singulari exemplo, maxi-  
 mis tuis impensis, seminarium Clericorum exci-  
 tasti & dotasti. Monebant & hi ipsi auctores,  
 quos emitimus, quod in ijs frequens fiat mentio  
 Ratisbona, cuius Ecclesia tu Præpositus & Vi-  
 carius es. Præsertim vero inscriptio Annalium  
 Eberhardi Ratisponensis Ecclesiæ Archidiaconi,  
 in cuius honoris titulum illi susceptus es. Ac-  
 cedunt vltimò Quirinalia à Metello Tegernse-  
 nsi in laudem S. QUIRINI Martyris conscri-  
 pta & hic inserta, quæ propter nomē quod refers,  
 inditum tibi in baptisinate in honorem & exem-  
 plum ipsius, iure quodam tibi vendicas. Stilus  
 quidem totius huius operis pertenuis & ieiunus

li. s. epi

CCCLX  
 511  
 omg. m.  
 514  
 24

EPISTOLA DEDICATORIA.

*est, minimè accommodatus ad puriorem scribendi modum, prout illa tempora ferebant, sed res, ad illustrandam mediæ ætatis historiã, quàm maximè pertinent. Bene vale & me tuo obseruantissimum, ut facis, ama. Ingolstadij ipsis ferijs diui Bartholomai Apostoli. ANNO M. DCI.*

R. D. V.

*Obseruantissimus*

HENRICVS CANISIVS  
cognatus.



**A**ntiquæ Lectionis Tomus primus, ad mediæ ætatis historiã illustrandam, studio Clarissimi Viri HENRICI CANISII IC. è m. f. Codicibus in lucem vindicatus, & Notis illustratus; dignus omnino, qui typis excusus, historiæ publico bono prodeat. Ingolstadij 14. Calend. Maij ANNO M. DCI.

PETRVS STEVARTIVS SS. Theologiæ  
Doctor Professor, & Collegij Theologici pro  
tempore Decanus.